



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Smegmata mulierum præstantissima. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

q[ui]ntis per aqua, dum sordiu[m] nil residet, demum aqua excolato, & siccatum puluerem condito. Hęc cum aqua fontana faciem sola dealbat cum oui albuminę, & etiam renitentem reddet. Sunt qui

alio modo

cerussam diluunt, & puram reddunt. Cannabinam su-
pam in ouprum albumina optime perturbata remi-
ficas, in cuius medio cerussam locabis, & conuolues, &
reuoluto linteo in fistili nouo compositam coquito per
horam, addita aqua, ebulliendo spumam eximito, mox
amoue ab igne, & si quid plumbi considerit, projicito.
Post gummi tragacanthę in trochisces formabis, vi-
ptius seruentur. Vel cerussam optime contritam per-
gmeno, & desuper linteo ab ansula fistulis religato, co-
qui iubent aqua litorum alborum. Modus coquendi
quem primo reddidimus: tandem in fistilem patinam
transfundito, & humore omni ociose percolato, siccato
in Sole quindecim diebus, & seruato.

Smegma a mulierum præstantissima. C A P. XVI.

Diximus separatim quomodo albedinem, nitidem, & mollitiem faciebus conciliaremus, nunc
autem aquas ex his compositas trademus: quae eodem
tempore terfa

*Faciem albam, nitidam, rubidam, & molli-
culam facere*

possunt, scilicet quae diximus semel componendo, &
distillando. Accipito cerusiæ iam lotæ vnciam, di-
midiam argenti viui sublimati, gummi tragacanthæ toti-
dem, tartari vnam, quae omnia puluerabis, & in lotum
& exenteratum pipionem ingeres, & consues, in ollam
nouam indito aquæ plenam, ex cucurbita distillaram,
coque quo usque ossa à carne separentur, post distilla-
tum cubitum pergis, ablue faciem, mox mane fonta-
na perlue aqua, sic albam, nitidam, mollem, & colosa-
tam habebis. Fit &

alio modo.

Siliquarum fabarum corticem tres libras contundito,
addito

addito duas mellis, & vnam terebinthinæ resinæ, ponit
in vase, & claudito, ne respirent, & sub fimo octo die-
bus macerari sinito, mox quatuor libras asinini lactis
addes, & suo vase igne elicias oleum, vesperi, manu aqua-
vitior. Si vis

alio modo,

Sunt, Sambuci flores, rosarum sylvestrium, genistæ, peri-
clymeni, poligonati, & bryoniæ radices, vua acerba, &
sarcocolla, singula seorsum distilla, singulorum æquas
partes remisce, vel iterum distilla, & Soli expones, hæc
optima erit. Aliam apponemus

ad idem.

Gallinam sine aqua deplumabis, exenterabis, & in fru-
sta secabis, per noctem in albo vino macerari permit-
tes, mane ablue in eo, comprise manibus, ne quid vini
relicuum sit, & duobus mox additis cyathis vini albi,
chymistico vase, distillabis, post flores cissampelos, citri,
mali aurei simul distillabis, & aquam seorsum serua. Li-
ttones postea aperies, & ex eis aquam excipes, itidem
de floribus fabæ, mox sex cyathos lactis asinini, & vacci-
ni totidem distillabis, idem facies de aqua cucurbita-
rum, & de lacte recto, de floribus sambuci, & de tere-
binthina resina. Tandem vitreum vase habe, in eo inde
caphuræ binas drachmas, quartam libræ partem cerus-
sæ in puluerem redactæ, cum aquis iam memoratis
commisce, & vase obturato sub dio Soli, & Lunæ quin-
decim diebus obtento, si ea uti volueris, lantco ex eis
madesfacto, line faciem.

Roseum faciei colorem quomodo conciliemus.

C A P. XVII.

ALBAM faciem reddidimus, nunc rubicundum co-
lorem conciliabimus, vt omni ex parte reddatur
vixit formosa viro suo. Et primò

ad purpurandam faciem pallidulam,
& decolorarem venustandam, hoc utemur remedio. Ac-
cipito acetum bis distillatum, & in eo santali tubuli ta-
suram coajcito, quantum voles, igne lento coques, ad-
iusto aluminis momento, & habebis colorēm rubeculam